Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 935
Quelle:
Copyright:

Verbo Dei expoſuiſſet, procedit in allegorica ejusmodi expoſitione usque ad initium v. 9. *Reſpiciam vos*, finitque: *Sed ubi ad eum* (Petrum) *reſpexit dominus, continuo ſubleuatur*. An ſola hic deſideretur δοξολογια, an Homilia, quae tamen jam in Codice 8. Columnas implet, abrupta ſit, mihi non liquet. *Cueſarii* eſſe, ut iterum dicam, ſuadet etiam ratio citandi ſacrum Textum, quae verbis ſe non adſtringit.

CCCCV.

R. 76 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 104. 8. ſat bene ſcriptus, titulis et initiorum literis partim miniatis, partim deargentatis, oblatus cum pluribus aliis Bibliothecae a *Thoma M. Alfano* O. P. anno 1721. complectitur *Libros III. Sententiarum* dictos etiam *de ſummo Bono* autore *Iſidoro*, qui Sec. VII. Sedem *Hiſpalenſem* illuſtravit. Capitulare omnium III. *Librorum* praecedit. Liber I. praeſcriptus: *Yſidorus de Summo bono*, incipit: *Summum Bonum Deus Eſt. quia incommutabilis eſt. et corrumpi omnino non poteſt.* &c. Textus collatus cum Edit. *Jac. du Breul Pariſ.* 1601. p. 617. f. nihil peculiare offert; eſt enim a ſecunda manu paſſim emendatus. Differt tamen quandoque diviſio Capitum, et in fine L. III. Capita duo LXI. *De Brevitate Vitae*, et LXII. *De Exitu* deſunt, quae nobis forent LXV. et LXVI.

Foliis 3. ultimis Sec. XIII. adſcripta ſunt quaedam PP. puta *Auguſtini* et *Ambroſii*, item *Gratiani* loca de Euchariſtia.

CCCCVI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 96 XIV. Folior. 87. f. min. per duas columnas exaratus charactere nitido luculento, rubricis decorus, et a *Joh. Fabro* Praeſule noſtro a. 1540. ſuo ad D. *Nicolaum* Collegio donatus teſte Nota praevia impreſſa ſequentia ad S. *Iſidorum Hiſpal.* Ep. Sec. VII. Scriptorem relata condit Opuſcula. I. poſt Elenchum Capitum XXXI. *Incipit liber yſidori de ſummo bono.* Titulus iſte a primis Opuſculi verbis provenit: *Summum bonum eſt* &c. Ceterum inſcribitur *Sententiae*, et in III. Libros diviſum eſt, ut Edit. *Pariſ.* 1601. p. 617. f. Quod diviſionem in Capita adtinet, Caput Edit. XVI. *de Eccleſia et Haereſibus*, in Codice diviſum eſt in duo, quorum XVII. inſcribitur *De hereticis*, et ibi incipit: *Non poſſe hereticos habere veniam* &c. Caput ſequens *de Gentilibus* in Codice melius inſcribitur *de Philoſophis.* Diviſio Libri II. conſentit cum Editis, ſed Liber III. pro Capp. LXII. cenſet LXVI. differentia inde a Cap. L. oriunda. Integra ceterum ſunt omnia, lectioque ſic ſatis proba.

II. *fol.* 52. *Yſidorus de ineuitabili: ſiue de libero arbitrio.* Erravit Librarius. Quanquam enim quaedam *Iſidori*, et praecipue L. II. *de Different. ſpirit.* Articulus 27. *Arbitrium eſt uoluntas libere pote-*